



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris
Petri Marchantii**

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 7. De peccatis contra votum obedientiae

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

ulla reflectione , judicio vel discussione, quando nulla apparet ratio vel suspicio illiciti,in obedientiæ actu. Quia ubi nulla ratio illiciti apparet, sanctum & laudabile est religiosis, voluntatē suam, voluntati superioris , cui eā cōsignavit, cōformare: in hoc enim abnegatio propriæ volūtatis cōsittit.

5. Omnis vero superior regularis, sive vir, sive fæmina, juxta materiam suæ potestati substratam, præcipere potest mandato obedientiæ , obligante ad peccatum mortale , quia hæc obedientia est materia voti, & voto Religioso alligata , ac consequenter ejus transgressio, in materia gravi est peccatum mortale , unde superior vir, vel fæmina regularis, dans mandatum obedientiæ , in ordine ad servandam regulam, si velit potest ad peccatum mortale obligare, & si indicet se obligare , subditus vel subdita tenetur obedire.

Articulus Septimus.

De peccatis contra votum Obedientie.

i. **N**on facere sive non adimplere voluntarie, quod à superiore per præceptum

ceptum rigerose de mandatum vel prohibitum est, in materia gravi, ad regularem observantiam aliquo modo pertinente, peccatum est mortale.

2. Refragari, resistere, obmurmurare, contra obedientiam superiorum contumaciter, peccatum mortale est, eo gravius quo rebellio est gravior & magis scandalosa.

3. Contemptus superioris, in omni precepto & mandato, ex genere suo peccatum mortale est, etiam in materia levi. Quia in superioris persona contemnitur Deus, cuius superior personam gerit.

4. Gravissimo peccato inobedientiae peccat, qui contra superiorem, ob mandatum obedientiae, sive correptionem insurgit, & verbis, minis, improperijs, obedire renuit. Et haec quidem sunt peccata explicitae inobedientiae, multae autem sunt inobedientiae implicitae, in quibus etsi formaliter & exterius obedientiae formali non resistatur, subdit tamen dolis, tergiversationibus, & contradictionibus tantum agunt, ut vel non audeant superiores illis aliquid in jungere, vel si injunxerint, teneantur revocare, & tales quoque peccant graviter.

Arti-